apes in humeris regem suum attollunt ita subiecti dum pniciosus viciis non sit. oino ei exhibeant famulatū Nam etsi laboret viciis ferendus est tanq̄ȝ in quo salutis auspicia subditis extant.

¶ Quot prelatus bono exemplo suo allicere debet subditos suos ad virtutes quartum capitulum.

Quarto et vltimo debet prelatus habere motū precessoris et informatoris. ⁊ hoc notat cum dicit ducē. Ad strēnuitatem boni ducis nō sufficit bene monere precipere ⁊ corripere. sed necesse est strēnue eū se habere ⁊ virtuose. p loco ⁊ tpe militare. et qd p̄cipit aliis exercere aliquotiēs et factis suis debet adimplere. Unde greg. in codice regule pastoralis titulo. xxviii. dicit. Apud districtū iudicē prelatus cogit tanta in ope exsoluere. quāta eum cōstat voce aliis p̄cepisse. Idem. Lex quippe est ipsis prelatis et p̄dicatoribus posita. vt viuendo impleāt quod loquēdo suadere festināt. Talis dux fuit iulius cesar qui nūq̄ȝ dixit militib⁹ suis ite sed venite. Et subiūgit causam. Labor inquit pticipatus cū duce videt militib⁹ esse minor. sicut de eo scribit iohānes galensis. Talis dux fuit abymalech qui p̄scindens arboris ramū. impositūq̄ȝ ferēs hūeris suis. sociis suis dixit. Quod me videritis facere cito facite. Igitur certatim ramos de arborib⁹ p̄scindētes sequebant ducē. iudicum ix. Vilissimus itaqȝ cōputandus est. nisi p̄cellat sanctitate ⁊ sciētia. qui est honore p̄stantior. Unde in policratico libro. v. capi. vii. Inpossibile est vt alios vtiliter regat. quē pprius subuertit error. Ait em̄ salomon. Ubi nō est gubernator pplus corruet. Et alibi. Rex insipiēs pdet pplm suū. Notandū aūt q plato non soluȝ sufficit dicere more scribarū ⁊ phariseoꝝ. qui dicunt et nō faciūt. ß debet exemplo xpi facere ⁊ docere. ymmo sicut summe pertinet ad eum docere ita pertinet ad eum summe facere. Gregorius in pastorali. Sit rector operatione precipuus. vt vite viaȝ subditis bene viuendo denūciet. et grex qui pastoris vocē moresq̄ȝ sequit. per exempla melius q̄m p verba gradiat. Qui em̄ loci sui necessitate exigitur summa dicere. hac eadē necessitate cōpellitur summa mōstrare. Unde greg. nazāzenus in apologetico. Si quis est in rectore viciorum morbos. facile in subiectos sibi trāsfundit. et multo faci-

Iulius Cesar

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-589/0026
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG